illi quidem momentaneū ꝑpeſſi dolorē
eternā gloriā tenent· illū vero nūq̄
finiendis ardentem incendijs vident
ꝑpetue ignominie mancipatū· Clamat
ſe ardere diabolꝰ ut tu intelligas ſcōs
ſaluatori coniunctos· Sic enī patri dixi
ſſe legimꝰ ipm̄ dn̄m ſaluatorem· Pater
volo ut vbi ego ſum et iſti ſint mecum·
Exitat ergo ꝓphet animꝰ ad medelam
quando ſue reſtauracionis attendit
indicia· Patulū enim ſui pectoris ꝓbet
auditū dū ſue ſalutis ꝓbamenta ꝑ eos
qui vere ſunt ſaluati cognoſcit· Hanc
fidem tenuerunt apli quorū veſtigia
exercitꝰ martirū ꝓſecutꝰ· victorias
ſuas ad regem victorioſiſſimū repor
tarunt· Ipē enim triumphalis crucis
ſue labore vſq̄ hodie antecedit omniū
in ſe credencium minas· Hunc ſecuti
ſunt priores apli· poſt aplos martires·
poſt martires confeſſores· poſt cōfeſſ
ores ſacerdotes· poſt ſacerdotes virgīes
poſt virgines vidue· poſt viduas cō
tinentes· oībꝫ patent xpi veſtigia· Ipē
deniq̄ cottidie oībꝫ clamat· venite ad
me omnes qui laboratis et onerati
eſtis· et ego vos requieſcere faciā· Huiꝰ
vocem audiens cecilia v̄go clariſſima
abſconditū ſꝑ euangeliū xpi gerebat
in pectore· et nō diebꝫ nō noctibꝫ a collo
quijs diuinis et oracionibus ceſſabat·
Hec valerianū quendā iuuenem habe
bat ſponſū· Qui iuuenis in virginis
purgens amore diem cōſtituit nup
ciarum· Cecilia vō ſubtus ad carnem
cilicio induta deſuꝑ auratis veſtibus
tegebat· Parentum enī tanta vis
et ſponſi circa illam erat exeſtuans·
ut non poſſit animū ardorem ſui cor
dis oſtendere· et qd̄ ſolū xpm̄ diligeret
indicijs euidentibꝫ aperire· Quid
multa· venit dies in qua thalamus
collocatꝰ ē· et cantantibꝫ organis illa
in corde ſuo ſoli dn̄o decantabat dicēs·
Fiat corpꝰ et cor meū immaculatū
ut nō confundar· Et biduanis ac tri
duanis ieiunijs orans cōmendabat
ſe dn̄o quem timebat· Inuitabat ange
los precibꝫ lacrimis interpellabat aplos
et ſcā agmina xpo famulancia exo
rabat ut ſuis eam depreccacionibus
adiuuarent· ſuā dn̄o pudiciciā cōme
dante· Sed cū hec agerent venit nox
in qua ſuſcepit vna cum ſponſo ſuo
cubiculi ſecreta ſilencia· et ita eū allo
quit· O dulciſſime atq̄ amantiſſime
iuuenis· eſt miſteriū qd̄ tibi cōfitear
ſi modo tu iuratꝰ aſſeras tota illud te
obſeruancia cuſtodire· Iurat valerianꝰ
ſponſꝰ ſe illud nulla omnino ꝓdere
racione· nulla neceſſitate detegere·
Tunc illa ait· Angelum dei habeo ama
torem· q̄ nimio zelo corpꝰ meū cuſtodit·
hic ſi vel leuiter ſenſerit qꝫ tu me po
lluto amore contingas· ſtatim circa
te ſuū furorem exagitat· et amittis
florem tue gratiſſime iuuētutis· Si
aūt cognouerit qꝫ tu me ſincero et
īmaculato amore diligas· et virgini
tatē meā integrā illibatāq̄ cuſtodias
ita te quoq̄ diligit ſicut et me· et oſtēdit
tibi graciam ſuam· Tūc valerianꝰ nutu
dei correptꝰ timore ait· Si vis ut cre
dam ſermonibꝰ tuis oſtende m̄ ipm̄ angelū·
Et ſi ꝓbauero qd̄ vere angelꝰ dei ſit· fa
ciam qd̄ hortaris· Si aūt virū alterū
diligis· et te et illū gladio feriam· Tūc
bta cecilia dicit ei· Si conſilijs meis
ꝑmittas te purificari fonte ꝑhenni
vt credas vnū deū ēē in celis viuum et
verū poteris eū videre· Dicit ei valeri
anꝰ· Et quis erit qui me purificet ut
angelū videam· Reſpondit ei cecilia· Eſt
ſenior qui nouit purificare homines
ut mereant videre angelū dei· Dicit
ei valerianꝰ· Et ego vbi hunc ſenem
requiram· Reſpondit ei cecilia· Vade ī terciū
miliariū ab vrbe via q̄ apia nūcupat·
illic inuenies paupes a tranſeuntibꝫ
alimonie petentes auxiliū· De hijs enī
michi ſꝑ cura fuit· et optime huiꝰ mei
ſecreta ſunt conſcij· hos tu dū videris
da eis bn̄dictionē meā dicēs· Cecilia
me miſit ad vos· ut oſtendatis m̄ ſanctū
ſenem vrbanū quoniā ad ipm̄ habeo
eiꝰ ſecreta mandata que ꝑferam· Huic
dum videris indica ei oīa verba mea·
Et dū te purificauerit· induit te veſtibꝫ
nouis et candidis· Cū quibꝫ mox ut in
greſſꝰ fueris tuū cubiculū· videbis
angelū ſcm̄ eciā tui amatorē effectū·
et oīa que ab eo popoſceris impetrabis·
Tūc valerianꝰ perrexit· et ſcd̄m ea ſigna
que acceperat inuenit ſanctū vrbanū
epm̄· qui iā bis confeſſor factꝰ inter
ſepulchra martirum latitabat· Cui
cum dixiſſet oīa verba cecilie gauiſꝰ

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 143r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/143r)